

8620



Rep. XXXIII. 4 no. 98.

67

GEORGII ADAMI STRUVII,

D. J. U. Prof. Publ.

EXERCITATIONEM FEUDELEM
DECIMAM QVINTAM

AMMISSIONE
FEUDI,^{de}

Sub
Ejusdem Præsidio

Iterum publicæ disquisitioni exponit, & quæ-
dam ex Jure Criminali *πρόδηματα*

annecit

JOHANNES AUGUSTUS Struve,

Ad d. XII. Junii, Anno

M. DC. LIX.

H. L. Q. C.

JENÆ
è Typographeo JOHANNIS NISI.

LIBRARIUS LIBRARY
HANDBUCH DER
HISTORIA
VON
HISTORIISCHEN
PERSONEN
VON
ANTHEMIO
VON
TRIPOLI
VON
1510



L. N. S. S. I. A.

I.

Ulcamadmodum omnes actiones huma-
næ, ita vel maximè irrogandæ pœnæ, ut
quendam respiciant finem, necesse est.
Respicit autem omnis pœna vel utilita-
tem ipsius delinquentis, quò is scilicet
emendetur *l. 20. ff. de pœn. meliorq; ef-*
ficiatur l. 1. ff. §. 1. de f. & f. vel utilitatem illius, in quem
delictum est commissum, omniumque eorum, quo-
tum aliquâ ratione interest, tūm ut pœna illis sit
solatio l. 28. §. 15. ff. de pœn. tūm ne illis imposterum
cale quid ab eodem aut ab aliis fit metuendum: vel
denique ad utilitatem totius reip. omniumque in eâ-
dem viventium, aut ut illis sit exemplum l. 6. §. 1.
ff. de pœn. eos à similibus facinoribus deterrens d. l.
28. §. 12. ff. de pœn. aut ut sublati malis securiores vi-
tam agere possint. Senec. de Clem. lib. 1. c. 22. & lib. 1. de
Irac. 16. Qui finis, delicti gravitate ita exigente, opti-
mè obtineri potest, ubi delinquens vel planè tollitur,
aut ita saltem debilitatur ac irretitur, ut amplius nocere
nequeat. Grot. de Jure B. & P. lib. 2. c. 20. Ad quod pœ-
narum genus, illa præ cæteris pertinere videtur, quæ de-
linquens, vel ex toto Imperio, vel certa quadam provin-
cia, districtu communione eve ejicitur.

II. Cujusmodi olim apud Romanos veteres erat
aqua & ignis interdictio, hanc enim non tam ipsorum

A 2

de.

definquentium malitia satis durè frenabatur, quām tota res pub. Rom. securior reddebatur, dum destituti a quā & igne, præsidiiis vitæ humanæ summè necessariis, qui vitæ exitium effugere cupiebant, ipsimē spontaneō exiliō civitatem mutare aliudque domicilium querere cogebantur, ac sic quamvis non apertè, quod non licet, tacitè tamen & civitate l. ult. ff. de legation. l. i. §. 2. ff. de legat. 3. & vitæ commodō usū privabantur. Confer. Lactant. lib. 2. c. 10. Tacit. Ann. 3. c. 50. & Vinn. ad §. 2. Instit. d. cap. dim. n. 2.

III. Quō sanè remediō tum temporis commodius inveniri vix licuit, cùm facinus juxta Cic. in verrem. erat vincire civem Rom. scelus verberare, propè parricidiū necare, quid dicam in crucem attollere? vid. Idem Cic. pro Corn. Balbo pro A. Catin. it. pro Dom. sua. & hoc quidem partim propter L. Porciam Sallust, in Conjur. Catil. c. 51. quippe quæ pro tergo civium Rom. à P. Porcio Læca erat lata Liv. lib. X. quod'que Cic. pro C. Rabir. confirmat cum ait: *Porcia lex libertatem civium lictori eripuit*: ac hinc in denariis argenteis Porciæ familiæ, quos P. Porcius Læca signaverit, istius legis symbola expressa fuisse hæcce: Vir togatus; sive ut in aliis; magistratus in sella sedens curuli, qui medius inter lictorem, & eum qui provocat, civis Rom. libertatem lictori eripit: cum hac inscriptione: PROVOCO: notat Fulvius Ursinus in Sallust. Catilin. c. 51. partim propter alias leges, quibus civem Rom. necare civitateve privare nefas erat, inter quas Sempronias fuisse constat ex Cic. Orat. 4. in Catilin.

IV. At quamvis subsecutis temporibus, civem Roman. interficere fuerit permisum, nihilominus tamen aquæ:

aqua & ignis interdictionis poena remansit, prout colli-
gi posse videtur ex Tacit. lib. 6. Ann. c. 18. n. 1. ejusque
usum ad Imperatorum usque tempora, quibus primùm
eorum in insulas deportationem in Rempubl. inve-
ctam, & ne juris antiqui vincula aperte revelli videren-
tur, in locum aqua & ignis interdictionis sufficiam esse,
ut vetusti moris umbrā retentā, qui deportarentur, sic
haberentur, qs. aqua & igne interdicti essent; docet
Brissōn. select. ex J. civ. antiq. lib. 3. c. 5. add. l. 2. §. 1. de
pen. l. 3. ad L. Jul. pec. l. pen. de var. & ext. cogn. §. 2. d.
cap. dim.

V. Erat autem deportatio in insulam species exilii
atrocissima l. 5. in f. de interd. & releg. qua delinquens
ob maleficium vel delictum capitale l. 28. pr. ff. de pœno
l. 6. §. 2. de interd. & releg. §. 1. J. quib. mod. Jus pat. pot. solvo.
privatus omni jure civ. l. 14. in f. ff. de novat. l. 17. §. 1.
de pœn. per servos publicos vel alios aliquando ad hoc
specialiter conductos sen. lib. 4. controv. c. 29. vinclitus in
insulam deferebatur, ut perpetuò ibi esset, sub pœna ca-
pitis si inde excedat. l. 4. ff. de pœn. Joh. Herm. Stamin.
tr. de serv. person. c. 1. n. 1. tit. 3. lib. 1. Brissōn. lib. 1. select.
ex J. civ. antiq. c. 12. & Vinn. d. l.

VI. Sed, quemadmodum aqua & ignis interdictio,
multæque præter illam pœnæ aliæ quamplurimæ apud
Rom. olim usitatæ, sunt abrogatæ, earumque in locum
aliæ subrogatæ, sic etiam hæc deportatio in insulam;
eiq; magnam ob convenientiam, quam cum illa habet,
hodie usitatum Bannum successisse putat Guido Papæ
Dec. Neap. q. 423. n. 4. quem sequitur Gail. 2. de P. P.
c. 1. n. 18. & 23. & Magnif. Dn. Carpzov. in L. R. c. 9. sect.
g. num. 27.

VII. De Banni autem materia plurima forent dicenda, at quo minus omnia hac vice accuratè dici queant, obstat tūm ipsius materiæ gravitas juvenilisq; ætatis infirmitas, tūm etiam methodi à cæteris hactenus observatæ brevitas, quam itaque ne nimium transgrediamur; paucula saltem & corollariorum instar de eâ subjicere est animus. Tu Deus annue cœptis!

IIX. Natales vocis Banni quod attinet, non una circa eos Doctorum virorum reperitur sententia: Latinam quidē non esse quotquot adhuc vidi, consentiunt; nec adeò vetustam esse apparet, cum in constitutionibus Imperatoris Fridericie ejus demū fiat mentio; ut in auth. *Gazaros C. de Hæret. & Manich. auth. item nulla C. de Episc. & Cler. & auth. item quacunq; Eod.* ALCIATUS in parerg. lib. 2. c. 2. natione græcam esse putat, parentemque habere vocabulū ἀπνιαυλομός relegationem significans, ita ut Bannum qs. abannatio seu relegatio unius anni dicatur. BALDUS eam derivatam vult à bono publico, quasi sit ejusq; vel exclusio à bono publico in l. 1. n. 4. *C. de H. Instit.* Sed hæ derivationes non tam grammaticæ quam allusiones potius nominandæ videntur: Alii dum veram etymologiam omnibus hujus vocis significationibus æqualiter respondentem invenire nequeunt, certam duntaxat è multis significationem respicientes, ulteriore indagationem autoritate l. 2. *C. de constit. pec. & similium* pertinacibus relinquunt; Ita NELLUS tract. de Bannitis part. 1. temp. 2. q. 5. respiciens ceremoniam vexilli olim circa quasdam Banni declarationes adhiberi solitam, Bannum ab Italico Bandrium vel ut alii Bannerium, quod latinis est parvum vexillum, quo milites utuntur, deducit. Sic etiam GAIUS

LXXX

Litus non repetiens verā istius vocis rationem, ut ut se-
licitè inquisiverat, tantum de germanico **Bann** postea
fuit solicius, illudque deducendum putavit à germ.
Baan sive **Bahn** viam publicam vel territorium signi-
ficans. *Lib. 2. de P. P. c. I. n. 12.* quem fecutus Wchner
in lib. Pract. Jur. observ. sub vocab. **Bann**. Et quæ aliæ
sunt aliorum sententiæ aliæ, sufficiat nobis potiores
recensuisse; plures vid. in Speidel. spec. var. Jurid. Polit.
Hist. observ. sub voc. **Bann**.

IX. Nos relictis tantorum virorum sententiis ar-
bitramur: vocem **Banni** natam esse ex vocab. **Bann**
Germanis ipsam hanc poenam denotante, nō derivato
à **Baan** ut Gail. ejusque asseclæ volunt, sed à verbo **Bin-**
den & inde descendente substantivo **Band**. *vinculum,*
obstrictus obligatio &c. quia per **Bannum**, in quo cun-
que significatu sumatur, semper coactio & vinculum
quoddam indigitatur; hinc **Bannum** germanice etiam
dici solet eine **Befestung/Gloß. German.** in art. 38. lib. I.
LandR. n. 2.; & hanc originationem adprobare quoq;
videtur ingeniosissimus Vossius *lib. 2. de Vit. serm. c. 22.*
verb. Bannire & Christoph. Besold. in *Thesaur. pract. lit.*
B. vocab. Bann.

X. Varii quoque & diversissimi istius vocis sunt si-
gnificatus: vel enim (i.) in genere pro quolibet edicto
aut potius interdicto prohibitorio, à Judice judicialiter
publice promulgato, usurpatur. *Cujac. tom. 3. p. 654. Joh.*
Maria Novariustr. de Gravaminibus Vasall. Tom. 3. grav.
20. n. 2. & seqq. Ideò, inquit, juridicè vetant Barones fa-
cere emanare banna in eorum terris ne subditivendant, nō
scieis vel ipsorum familia dederint notitiam; unde banni-
scidem ac convocare, edicere, denunciatione publica
obli-

obligare, obstringere &c. *Voss. d.l.* & signum v.g. en-
cis aliudve simile prohibitionem notans, per metony-
miam adjuncti pro subiecto bannum inde dicitur *Spei-
del. Not. Jurid. Hist. polit. lit. B. n. 10.* res vero quarum
causa ejusmodi edictum emanavit, bannitæ vel banna-
les dici solent. *Jos. cap. 7. vers. 1.* ita fundus quoque,
quem ob tale edictum ingrediont licet, bannitus dici-
tur: territorium, cuius ingressus interdictus, ban-
nitum vocatur; it. mola, qua rustici vel cives solum
uti coguntur, bannalis s. *Eine Bannmühle* appellatur:
deinde, per metonymiam subjecti pro adjuncto, poenam
vocabulum Banni denotat, ut quæ in dicti transgres-
sores eodem edicto est statuta. Ita in Legib. Longo-
bardicis solidorum 60. vel totidem istum poenam si-
gnificat. *Frid. Lindenbrog. Cod. leg. antiqu. Longobard. 1.
tit. 19. L. 27. it. 2. Long. tit. 42. L. 3. c. 4. tit. 72.* Vel (2.)
specialiter pro Edicto vel citatione, qua vasalli ad comi-
tatum sub certa poena vocabantur, quo in significatu a-
lias specialiori nomine etiam Heribannum aut Heri-
bannus à germ. *Heer* dici solet *Speidel. d.l. & Gail. 2. de
P. P. c. 1. n. 2. & seqq.* aliquando etiam specialiter pro il-
la mulcta, quam vasallus pro militiae desertione pende-
re tenetur. *Calvin. lex. Jurid. vocab. Bannum sive Ban-
nus. Gail. d.l. n. 4.* (3.) Pro trina futurarum nuptiarum
publicè è suggestu in ecclesiis fieri solita denunciatio-
ne c. 27. x. *desponsal. c. 3. x. de clandest. desponsat.* vulgo
das Auffbiethen/ Abkündigen/ Ausrussen/ &c. (4.) Pro
territorio & Jdictione, quam quisque in territorio suo
exercet, vulgo Zwang/ Bann/ Gebiet. *Spec. Saxon. lib. 3.
art. 64. & lib. 1. art. 59.* Sicuti autem J.dictio est duplex,
augustior sc. vel plenior & vulgaris s. gradus inferioris,
ita

ita quoque bannum vel simplex & absolute ita dicitur,
vel regium des Königs Bann. Speidel. notab. Jurid. Hist.
Polit. n. 10. Atque hinc interdum pro Judicio criminale;
Blutbann/Halsgericht/ ut & pro Jure venandi ban-
num scrinum, Wildbann. Myl. de Princip. & stat. Imp.
Rom. germ. c. 73. Denique (5.) in Constitutionibus
quæ habentur in authenticis thes. & allegatis, Recessi-
bus Imperii, & Jure Saxon. &c. ut plurimum pro specie
exilii usurpatur. conf. Speidel. cit. loc.

XI. In quo significatu alias dici solet annotationes
quia Banniti nomen & bona annotantur ac referuntur
in acta publica. l. 1. §. 1. de requir. vel absent. damnand.
P. H. D. art. 266. it. Proscriptio à scribendi ceremonia
Besold. Thes. pract. vocab. Bann. Dn. Carpz. prax. crim.
p. 3. q. 140. n. 11. Excōmunicatio; quia banniti excōmu-
nione hominum ejiciuntur; Germ. der Bann/Befestig-
ung/die Acht/à verbo Achten/ veleo sensu quo Latinis
est judicare, existimare, reputare, aestimare &c. quoniā
judex censere & judicare debet, utrum delictum hāc
pœnā dignum sit commissum, an non: aut quod Banni-
tus territorium bannientis magni aestimare debeat. Be-
sold. cit. l. vel quo idem est accavere; ubi tunc hāc ratio-
crit; quod bannitus talis declaretur, qui ab omnibus
cavere debeat, ita Speidel. in spec. suo sup. alleg. vocab. Acht.

XII. Ita sumtō vocabulō Banni hōc fortē modo
potest describi: Bannum est pœna, qua delinquens ob-
delictum vel contumaciam à competente Judice com-
munionis, in qua vivit, juribus privatur.

XIII. Dividi potest Bannum in ecclesiasticum &
politicum s. civile: Illud specialius dici solet Excommu-
nicatio vulgo der Geistliche Bann / & respondet quo-

B

dam.

dammodo censuræ & disciplinæ Judaicæ sive interdictioni, ne quis sit in congressu & cœtu Synagogæ; unde etiam B. Lutherus phrasin græcam διανομή γυναικείων germanicam reddidisse videtur in *Vann Thun / Job. XII. 42. XVI. 1. IX. 22. & passim.* Illam tamen ab hac nihilo minus fuisse diversam docet B. Dn. D. Joh. Tob. Major *Dissertat. de Potestate Claviam ult. §. 40. 41. 42. 50. & 51.* cui jungi potest Grot. d. Imperio Summ. pot. circa Sacra c. 9. n. 2.

XIV. Describi potest excommunicatio, quod sit censura seu poena ecclesiastica, qua membrum ecclesiæ ob justam causam, à ministro ecclesiæ, à corpore ecclesiæ juribusque ac beneficiis, ratione istius competentibus, ac conversatione fidelium vel planè excluditur, vel ad minimum à perceptione Sacramentorum arcetur. *add. B. Dn. D. Major d. Dissert. §. 27.* Fundamentum & originem excommunicationis è Jure Judaico & Codice veteris testamenti, ubi mentio fiat excisionis animarum seu hominum è populo Judaico petendam esse putat. Idem B. Dn. D. Major *Diss. de pot. clav. prælim. §. 25.*

XV. Competit potestas excommunicandi omnibus ministris ecclesiæ ad ministerium rite vocatis; *vid. B. Dn. D. Gerhard. de Minist. eccl. cap. 5. sect. post. n. 231. p. 131.* ac in N. T. à Christo ipso tanquā pleno ac supremo claviū sacrarum, à quibus tota hæc potestas pendet *Marc. Ant. de Dominis de Rep. eccl. lib. 5. c. 9. n. 2.* Domino, omnibus Apostolis ejusq; successoribus, non soli Petro, concessa atque concredata est *Matt. XVI. 19. & cap. XIX. eod. it. Joh. XX. 23. add. modo alleg. B. Dn. D. Gerhard. de Minist. eccl. c. 3. sect. 1. n. 71.* ita ut hodiè quoque omnes ministri ecclesiæ tandem habeant atq; exercere possint. *vid.*

*vid. Kirchov. conf. 5. per rot. vol. 1. B. Chemnit. in Exam.
Conc. Trid. p. 4. tit. de indulg. c. 3. arg. 2. cuiuscunque etiā
sint ordinis, sive superior sit, ut Episcopusc. 106. XI. q. 3.
vel ut hodiè loquimur Superintendens. Confer iterum
B. Dn. D. Gerhard. de Min. eccl. c. 5. sect. post. n. 221. p. 131.
sive inferior, ut reliqui post Superintendentein sacer-
dotes omnes, habitā tamen differentia secundum cla-
vium gradus. Tarnov. d. SS. Minist. lib. 11. c. 24. q. 3. & ad-
monitionibus juxta ea rum gradus cautē præmissis, o-
mnibusque priūs frustrā tentatis & cæteris ad processū
excommunicationis, (de quo late videri potest Thür-
fürstl. Sächs. Kirchenordn. d. ann. 1580. p. 324. & seqq. it.
Fürstl. Magdeb. Kirchenordn. d. ann. 1652. cap. 22. §. 14.
& seqq. nec non Fürstl. Coburg. Kirchenordn. d. an. 1626.
cap. 25. p. 269.) pertinentibus rite observatis, ac, præter-
tim cum de majori agitur, (circa minorem enim non
semper esse necesse tradit Tarnov. d. l. q. 10.) consulto
cujusvis loci magistratu ecclesiastico atque civili, impe-
tratoque Domini territorii consensu. Add. elegantissi-
mos canones B. D. Gerhard. de Minist. eccl. c. 6. sect. post. n.
286. p. 167. inf.*

XVI. Nam etsi laicus cæteræque personæ; quæ mi-
nistri ecclesiæ non sunt, excommunicare non possunt,
omnis tamen circa excommunicationem potestas, ma-
gistratui, seculari, ceu summo DEI vicario, non magis
quam reliquæ actiones, quæ faciunt ad religionem vel
instituendam vel institutam conservandam ac propa-
gandam, denegari potest; *Jung. jam laud. Dn. D. Gerh.
de Magist. Polit. c. 6. sect. 5. memb. 1.* sed fieri debet excom-
municatio cum Principis aliusve Domini territorii
mandato atque consensu secund. sup. allegatas Ordin-

nationes ecclesiasticas & Fūrſil. Alſtenb. Consistorial-
Ordn. d.an.1619. art. XI. §. Desgleichen. add. Zigler. in
Comm. concl. §. Landsassii. n. 185. Arum. de Jure pub. dif-
curs. 30. cap. 3. concl. 38.

XVII. Absurdē itaque ac valde ineptē prætextu
Sardacensis canonis post Francorum tempora bullis
suis papalibus hanc & reliquam circa sacra potestatem
Pontifex Rom. sibi soli arrogavit, atque tanquam pro-
priam exercuit: Justē autē à cōtrario optimoq; titulo ac
ratione superiori seculo sub Imperio Gloriosissimi Im-
peratoris Carol. V. Status Imperii nostræ religionis sibi
vindicarūt, eamq; per constitutionē pacis religionis vel
transactionē Passavii Anno 1552. initam recuperarunt,
ac vigore istius hodiè quoque quisque in suo territorio
eam defendit atque per consistoriales & officiales suos
exercet, nec validitati ejus per concilium Trident. quip-
pam decessit vid. latè nominat. B. D. D. Gerhard. de mag-
polit. c. 6. sect. 5. memb. 1. n. 202. p. 318. sed adhuc firma est
ac manet donec per Dei gratiam de religione ipsa con-
venierit. Instrum. P. art. V. §. 1.

XIX. Excommunicari autem, ut quis possit, ne-
cessē est ut sit membrum ecclesiæ militantis visibilis, i-
stius à qua immediatē est separandum & quidem vivum
non mortuum. arg. c. 8. §. in eo vero casu d. heret. in 6.
Tarnov. alleg. l. licet excommunicatione jam semel separa-
tum nondumque receptum. c. 6. x. de Judais c. 27. it. c.
42. x. de sent. exc. add. Joh. Hon. van Axel tit. de sent. ex-
com. n. 21. Nec refert cujuscunque sit conditionis aut
ordinis, & tam circa Regem quam minimum ex plebe
excommunicatio locum habet. Grot. de Imp. Summ. pot.
circum

circa Sæc. c. 9. n. 18. modestè tamen, non λόγοις σηληνής
κοῖς s. invectivis modum excedens, ut bene B. Dn. D. Maj.
in Exeg. loc. difficil. περὶ γαπτολῶν monet part. post. p. 147.
Imò circa ipsum quoque Papam. *M. Anton. de Dom. cit.*
I. n. 28. Universitates autem aut collegia s. capitula isti
subjici nequeunt c. 5. d. sent. exc. in 6. *Martin. Bonacino.*
Theol. & J. II. D. tr. de Censur. Disp. I. q. 3.

XIX. Præterea circa personam excommunican-
dam requiritur, ut sit subjecta excommunicanti *arg. c. 5.*
d. sent. exc. in 6. c. 21. x. eod. quod fit vel ratione domici-
lii vel ratione delicti *Magnif. Dn. D. Strauch/ JCt. cla-*
rissimus & p. t. Reipubl. nostræ literariae Praeses felicissimus,
Exerc. Exot. VI. th. 6. nec obstat diversitas religionis, sed
potest tam A. C. addictus à Pontificio, quām hic ab illo
excommunicari, modo occasione processus nihil conf.
A. & conscientia repugnans ipsi injungatur *Inst. P. art.*
V. §. 16.

XX. Caussa, ob quam excommunicationis poena
irroganda est, debet esse justa *l. 30. C. de Episc. & Cleric.*
Nov. 123. certa, manifesta rationabilis *c. 41. XI. q. 3. c. 48.*
vers. caveat x. de sent. exc. præsens vel præterita, non fu-
tura c. 5. vers. sed nec. & vers. caveant. x. de sent. exc. aut
præsumta c. 13. x. de præsumt. neque parva aut levis. c.
42. & c. 8. XI. q. 3. Cujusmodi caussæ sunt omnia deli-
cta graviora ac publica à scientibus & volentibus ex
proposito destinataque ac præfacta malitia perpetrata.
Tarnov. d. l.

XXI. Temerè autem imò pessimè Ipsi Pontifices
vel quod supra allegatorum canonum atque capitulo-
rum fuerint immemores, vel (quod tamen turpe de iis
esset dictu) plane ignari, in aliis conciliis ob quascunque

levissimas & ridiculas s^ep^e caussas excommunicatio-
nem statuerunt; ut: ob relaxationem comarum c. 23.
Dif^t. ead. ob percussionem clericⁱ c. 29. XVII. q. 4. & quæ
sunt aliæ plures. Ita ut hinc Ordines in gravaminibus
nationis germanicæ in comitiis Noribergensibus, refe-
rente *Magnif. Dn. D. Strauchen d. Ex. th. 7.* querantur: Es
werden viel Christliche Menschen umb zeitlicher Sachen
Gelds und Guts wegen / und oft gar umb geringe Ding
umb Seel/Ehr/Leib und Guth gebracht. Item: So ein
Pfaff oder ander geweihte Person erschlagen / wird nicht
allein der Thäter verbannet/ sondern auch die Stadt inter-
dicaret/und so lange interdict gehalten/ auch kein Christlich
Werck vollbracht/bis der Thäter oder die Gemeine Abtrag
thut/*in eadem th.*, præter alias duas ridiculas excommu-
nicationes, quarum una est corvi altera verò arboris ex
Jacob. de Graffis *Dec. aurear. lib. 4. c. 6.* recensetur, quod
in Hispania multæ sententiæ excommunicationū contra
mures, sorices & locustas fuerint latæ. Pertimiles excō-
municationes à Heduis Burgundiæ populis factas tractat
ac integro consilio defendit simulque processum earū
ac formulas proponit Barthol. à Chassaneo. *Conf. I.*

XXII. Infertur excommunicatio secundūm Cano-
nistas alia ipso Jure alia ab homine c. 29. x. *de sent. exc.*
quæ autem distinctio à M. Anton. de Dom. *d. l. n. 22.* &
25. rejicitur , & maximè rejicienda videtur, quando ex-
communicationem propriè ac ut censuram s. pœnam
ecclesiæ militantis visibilis consideramus, perquam ex-
communicatus à communione fidelium separatur; i-
stam enim separationem non nisi per sententiam & de-
cretum ecclesiæ fieri posse testatur modò laudatus *Ma-*
gnif. Dn. D. Strauch ead. Disput. th. 6.

XIII. Ef-

XXIII. Effectus excommunicationis secundum e-
jus gradus variat; sunt vero secundum Jus can. & hodi-
ernos mores duo potissimum excommunicationis gra-
dus, quorum prior minor καθαιρεσις, posterior major ex-
communicatione αφορετησις vid. B. Dn. D. Gerb. de Min. eccl.
c. 5. sect. prior. n. 194. p. dicitur, ac licet prior non tam ex-
communicatione, quam dati scandali admonitio ac ad verā
pœnitentiā adhortatio sit dicenda juxta Fūrsil. Magdeb.
Kirchenordn. c. XXII. §. 5. passim tamen excommunicationem
utrumque gradum vocari Patres testantur vid.
Marc. Ant. d. Dom. cit. l. n. 2. ac in J. Can. etiam sub vo-
cabulo excommunicationis utraq; nonnunquam continet
c. pen. x. de sent. exc. aliquando etiam minor tan-
tum c. 3. x. de Judic. c. 30. x. de sent. exc. ut plurimum
autem & in dubio præcipue excommunicatione sim-
pliciter posita major intelligitur d. c. pen. x. de sent. exc.
Dn. D. Ungepaar Fctus & Ordinarius Facult. Jurid. Je-
nens. gravus atq; illustris lectionib. pub. ad tit. de sent. exc.
Quamvis M. Ant. de Dom. sapecit. l. hanc regulam De-
cretistarum ut satis curvam respuat.

XXIV. Minor excommunicatio non inducit sepa-
rationem à consilio fidelium c. 24. XI. q. 3. sed ita ex-
communicatus membrum ecclesiæ manet, ac tantum à
sacramentorum perceptione c. pen. x. de sent. exc. & cō-
munione corporis & sanguinis Christi arcetur d. c. 24.
XI. q. 3. B. Dn. D. Gerhard. cit. l. Sacra menta autem ad-
ministrare c. ult. x. de cler. exc. & reliqua, quæ ratione offi-
cii sui illi competunt, peragere non prohibetur. d. c. ult.
de cler. exc. junct. c. 56. x. de sent. exc.

XXV. Major excommunicatio optimè in sup. al-
leg. Fūrsil. Magdeb. Kirchenordn. describitur: **Das der**
Bann

Bann sey eine Ausschliessung der verstockten und halsstarrigen Sünder aus der Christlichen Gemeine / und eine Übergebung dem Satan/ zum Verderben des Fleisches / auf dass der Geist seelig werde. §. 5. cui convenit Magnif. Dn. D. Strauchs in d. Ex. 6. th. 5. descriptio: Excommunicatio major est, que à cōmunione fidelium penitus abscindit, omneque commercium externum & internum gratiæ spiritualis cum communione sanctorum adimit. Conf. c. 21. c. 32. c. 14. XI. q. 3. Est itaque hujus excommunicationis caussa immediata unica ista in gravioribus ac publicis peccatis obfirmata contumacia, & contumax perseverantia arg. c. 18. XIV. q. 3. Sic ob contumaciam suā, qui spretis legitimis admonitionibus intra 3. vel 4. annos sacra synaxi non usus, excommunicatione majori dignus pronunciatus est à Facultate Theolog. Jenensi Anno 1598. d. 8. Julii referente Dedeckenn. In Thesaur. suo Consil. & Decis. vol. 1. sect. IIX. n. 15.

XXVI. Vocatur hæc excommunicatione major frequentissimè anathema, vocabulo quo alias imprecatio & mala detestatio à laico licet facta appellari solet. Cuiusmodi execrations Judæis fuere usitatissimæ vid. Seld. de J. nat. & Gent. lib. 4. c. 6. & seqq.

XXVII. Alii, præter relegationem è coetu piorum & privationem beneficiorum ecclesiasticorum, excommunicationem majorem civiles quoque effectus inservi solent, ac olim quidem plures atrocioresque, quam hodie. De Gallorum Ethnicorum excommunicatione sequentia Cæsar Comm. de Bello Gallico lib. 6. p. m. 135. tradit: Si quis, inquit, aut privatus aut publicus eorum (sc. Druidum sive Druidarum, quorum jam mentionem p. anteced. fecerat) decreto non obstat, sacrificiis interdicit,

cunt, hæc pœna apud eos est gravissima, quibus ita est interdictum, si numero impiorum ac sceleratorum habentur, iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipient, neq; ius petentibus jus redditur, neq; bonos ullus communicatur. Similem ferè effectum in Græcia, Platonica ætate excommunicationi fuisse, ipsius Platonis verba *ad fin. propè lib. 10. de Legib.* arguunt, quæ brevitatis studio omisimus. Judæos etiam cum homine excommunicato plane nihil commercii habuisse testatur B. Dn. D. Major *Dissert. de potest. clav. alt. §. 19.* cum Grot. *de Imp. summ. potest. circa Sac. c. 9. n. 16.*

XXVIII. De Jure Romanorum ejusmodi excommunicato actuum eorum, qui nō nisi ab honestis & honesta quadam conventione aut communione expediri possunt, nullus est permisus, nisi qui in excommunicati proprium vergat incommodum. Nō potest igitur excommunicatus esse Judex, sententia ab eo lata est nulla *c. 24. x. de sent. & rej. junct. l. 5. C. quand. prov. non est nec*cess. non potest agere in judicio neque pro se ipso, neque pro alio, & non magis per aliū quam per se ipsum, nec testimonium dicere *c. 8. de sent. exc. in 6. arg. c. 15. x. de procurat.* defendere autem se in judicio non solum potest sed etiam tenetur, & quidem per procuratorem. *c. 7. x. de Judic.* Cæterum nullam habet testamenti factiōnem *c. 13. §. credentes. x. de Hæret. c. 5. de pæn. in 6. & auth. credentes C. de Hæret.* Nullus honos illi communicatur *c. 34. x. de Elect. & elect. pot.* sed pro infami habetur *c. 17. VI. q. 3.* Vasallus ejus à præstandis servitiis liberatur *2. feud. 28. pr. junct. c. pen. & ult. XV. q. 6.* Nec cuiquam cum excommunicato ullam consuetudinem aut

C

con-

conversationem, cum eo se colloquendo, comedendo,
cohabitando cumque salutando aut osculando, nisi, si
Iaicus sit, ipse excommunicationem incidere velit, ha-
bere licet. c. 16. 17. 18. & 19. XI. q. 3.

XXIX. Hodiè, ac præsertim in Archi Episcopatu Magdeburgensi, ad contractus quidem aliaque jura ex-
ercenda admittitnr, sed ab honestis & publicis conven-
tibus nec non familiari conversatione excluditur. Se-
cund. sepius alleg. Fürstl. Magdeb. Kirchenordn. d. c. 12. §.
26. Wann aber solches lezte Gerichte über einen halostar-
rigen Sünder ergangen/rl. Soll die weltliche Obrigkeit ei-
nen solchen Menschen verbieten alle Hochzeiten und ehr-
liche Gesellschaften/und Achtung darauß geben/ daß nie-
mand einige Gemeinschafft mit ihm habe. & §. 27. Doch
soll ihm seine Nahrung zu suchen/ zu arbeiten und zu han-
deln / und Bürgerlicher und Nachbarlicher Rechte zu ge-
niessen unverboten wñ er schuldig seyn/seine Dienste/Pflich-
te und anders zu leisten/auch bey allen Predigten sich einzufel-
len.

XXX. Sed queritur, num Imperatores, Reges &c.
excommunicati, effectui excommunicationis civili sub-
jici queant; ita ut per excommunicationem regnis pri-
ventur & subditi eorum à Juramentis fidelitatis liberen-
tur? Quod nos negandum ducimus. Cum hoc excom-
municationi nuspian tribuatur, & res periculi plena E-
xod. 22. vers. 28. Acto. 23. v. 5. & execranda sit, Regis qui
licet eò quod Dño fidem non servet, ejusmodi honore
indignus videatur arg. Eph. 6. v. 1. I. Cor. 7. v. 13. 1. Pet. 2.
v. 18.) maledicere, nedum de illo tollendo consilia ini-
re Eccles. 10. v. 20. Rom. 13. v. 2. vid. Laurent. Banck. Dia-
sceps. de Tyrann. Papac. 17. p. 452. & seqq. & Cl. Dn. Conring.
Exerc. d. Judiciis th. 64. & seqq.

XXXI.

XXXI. Quamvis aliud Pontifices Rom. sibi affo-
gariint, & non solùm Imperatoribus ac Regibus, non si-
ne magna arrogancia, levibus sàpe de causis excommu-
nicationem, sed etiam per eam privationem Regnorù
minati sunt, quasi summa & civilis & ecclesiastica per
totam terrā penes ipsos esset potestas. Nullus tamen tan-
tam rem ante ea secula in auditam *Onuph. Panvin. l. 4.*
de var. creat. Rom. Pontif. ante Alastorem istum Grego-
rium VII. sive Hildebrandum exequi ausus fuit, hic o-
mniū primus, Cæsarem Henricum IV. excommuni-
care, simulq; subditos sacramento juratæ fidelitatis ex-
solvere, haut dubitavit; de quo atrocissimo ac injustissi-
mo facto ita loquitur Otho Frising. l. 6. c. 35. Leg. Gre-
lego Romanorum Regum & Imperatorum gesta, & nusquam
inuenio, quenquam ante hunc Henricum à R. Pontifice ex-
communicatum & Regno privatum. Sed Imitatores Hil-
debrandini multi prodierunt. vid. Lehmann. Chronic.
Epirens. lib. 7. c. 16. Laurenz. Banck. Diaseps. de Tyranno-
de Papæ c. 18.

XXXII. Forma sive ipse modus excommunican-
di qualiter hodie se habeat non accurate potest descri-
bi, sed secundum diversas Principum Ordinationes est
divers⁹, semper tamen publicè in ecclesia viva voce fie-
ri solitum esse testantur *sup. alleg. Ordin. ecclesiastica.*
Quoad minorem verò nihil interesse putat Tarnov. d. L.
9. 24. sive domi sive in templo administratur. Secun-
dum Jus Canon. ut excommunicatio in scriptis fiat re-
quiritur c. 1. de sent. exc. in 6. non quidem ita, ut sine
scriptura excommunicatio non subsistat, sed subsi-
stit quidem, excommunicans autem, nisi Episcopus
aut illo superior c. 4. d. sent. exc. in 6. per mensem unum

C 2

ab

ab ingressu ecclesiæ & divinis officiis suspenditur. *d. c. i.*
d. sent. exc. in 6. Martin. Bonacin. S. Theol. & U. J. D. tom.
3. Disp. I. q. 5. punct. I. §. 2. n. 11. Magnif. Dn. Ungepaur. le-
ctionib. pub. ad Tit. de sent. Excomm. In quoniam præ-
terea excommunicationis modus de Jure Canonico
consistat colligere est ex c. 106. & c. 20. XI. q. 3.

XXXIII. Quod si verò nec ita excommunicatus
resipiscet, sed nihilominus tamen post, quam ante ex-
communicationem, male agere constanter pergebat,
Regis Judicio condemnabatur, de quo videri potest
Lehmann. in sup. alleg. Chronic. Spir. libr. 2. c. 34. cum
Clariss. Dn. Conring. Dissert. d. Judiciis th. 30. Ætate et-
iam Friderici Imp. is, qui annū in excommunicatione
perseveraverat, ipso Jure Imperiali banno subjacebat,
prout expressè constitutum reperitur in auth. item qua-
eung. C. d. Episc. & Cler. Hodiè verò hoc in casu speciale
Principis cuiusvis territorii, in quo excommunicatus
domicilium suum habet, est expectandum decretum.
vid. Fürstl. Magdeb. Kirchen Ordn. §. 22. d. c. 12.

XXXIV. Tamdiu igitur excommunicatio sive
major sit sive minor durat, donec excommunicatus re-
cipiscat, hoc enim, post purgationem Ecclesiæ, excom-
municatio potissimum intendit, unde facile colligitur,
quod secus ac Canones sentiunt arg. c. 27. XVII. q. 1.
& similium, excommunicatio ad certum & determina-
tum tempus nequaquam fieri possit.

XXXV. Quo autem excommunicati ad pœnitentia-
tiam eò citius redigantur, ac ut de ea facilius constet,
hinc certa quedam pœnalia opera iis injungi solent.
Ac tempore quidem Apostolorum, diuque post, varios
pœnitentiæ gradus fuisse testis est Plurimum Reverendus
Dn.

Dn. D. Niemann Disputat. de Indulgent. Papalib. th. s. & seqq. Et oportet resipiscentem ipsum, non per procuratorem. Joh. Hon. van. Axel. d. l. n. 48. absolutionem petere c. 6. extr. de eo quidux. in mat. pœnitentiamque suam, non solum verbis declarare, sed factis quoque se testatam facturum, desistendo à malo & faciendo bonum, promittere. Tarnov. d. l. q. 26.

XXXVI. Sicuti verò potestas ligandi ita quoque solvendi omnibus competit ministris Ecclesiæ; ita tamen ut hodiè non minus hæc, quam illa consensum magistratūs politici & approbationem superioris requirat, antequam exerceatur; d. Fürstl. Magdeb. Kirchen-Ordn. eod. c. 28. verb. Soller auff eingeholtes rechtliches Erkäntnis und Befehl des Gerichtsherrn iedes Ortes mit der hohen Obrigkeit Wissen unnd Willen & sup. alleg. Fürstl. Altenb. Consistorial Ordn. c. XI. §. Desgleichen. adde & reliquas sup. alleg. Ordin. eccl. Et à majori excommunicatione quidem ille regulariter, secundum Jus Can. absolvit, qui ligavit c. 29. extr. d. sent. exc. c. 3. extr. d. off. Jud. ore. c. 11. eod. A minore verò omnes indistinctè d. c. 29. ext. d. sent. exc. Cæterum quod modum absolutionis attinet, hic quoque non ubique idem est, perinde tamen ut ligatio, sic absolutio ut in Ecclesia publicè fiat præ cæteris requiritur. Pontificiorum quomodo se habuerit absolutio, habetur in c. 5. d. pæn. in 6. & c. 28. in fin. ext. d. sent. exc. Ab illa verò excommunicacione, quam sibi ipse Pontifex reservaverat vid. d. c. 5. d. pæn. in 6. c. 1. & c. 9. ext. d. sent. cxt. nemio, præter Pontificem, excommunicatum absolvere poterat, nisi absolvendi ob justam aliquam causam, (ut periculum instantis mortis, puerilem ætatem, paupertatem, corporis

C 3 infir.

infirmitatem, fragilitatem sexus, itinerum difficultatem, inimicitias aliquorum vel similem,) sine magno periculo vel incommodo Romam proficiisci & absolutionem à Rom. Pontifice petere nequibant, tunc enim Episcopo istius loci, in quo absolvendi vivebant, excommunicatio concedebatur c. 1.5. 6. 13. & 58. ext. de sent. exc. ita quidem, ut absolutis injungat, ne de cætero tale peccatum committant, ac ut cessante obstaculo ad apost. sed. accedant, mandatum ipsius humiliter suscep- turi c. 11. d. c. 13. & c. 58. Eod. jung. Martin. Bonacin. tr. de Censur. Disput. I. q. 22. punct 2. Covarruv. 2. variar. 8. Suarez. de Censur. Disp. 21. & seqq.

XXXVII. Absolutus ea, quibus excommunicatio ne erat privatus, omnia recuperat d. Fürstl. Magdeburg. Kirchen Ordn. cit. cap. So soll er öffentlich wieder auf- und angenommen und zur Beichte und heilige Abendmahl verstattet/ auch ihm gleich andern so Kirchen Buß gethan von niemand bey ernster Straffe etwas aufgerückt werden. Et tantum de Banno Ecclesiastico, paucis nunc seculare considerabimus:

XXXIX. Est verò Bannum seculare poena , quā delinquens ob gravius aliquod delictum vel contumaciam , à magistratu seculari, supremam Jurisdictionem habente, aut nomine ejus, vel toto imperio iuribusque in eo vigentibus in universum , aut certa saltem ejus parte istiusque iuribus particularibus privatur: Et subdividitur ratione sui effectus in generale & speciale.

XXXIX. Generale in specie dicitur Bannum Imperii ; Germ. Des H. Römischen Reiches Acht oder Bann vel, des Reichs Haß/ it. des Reichs Ungnade. Ac describitur à Gail. Lib. 2. d. P. P. c. 1. nu. 20. quod sit iudicialis

ccn-

censura, quā violatoribus pacis pub. aquæ & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò tam in persona quam rebus impunè offendì possint: quem sequitur Magnif. Dn. Carpz. *Prax. crim. p. 3. q. 140. n. 18.* Fortassis & hoc modo possit describi: Bannum imperii est poena, quā tam immediati quam mediati Imperio Rom. Germ. subjecti, quocunque modō constitutionem pacis publicæ transgredientes, aut aliud quid in Imperii incommodum ac detrimentum committentes, ab Imperatore realiove illam potestatem habente, Romano Imperio ac juribus, per totum imperium vigentib⁹, indigni reduntur, simulque bonis, quæ tempore irrogati banni in imperio possident privantur, ita, ut à nemine in clientelam, protectionem, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò tam in persona quam rebus impunè offendì possint.

XL. Hæc poena, cum vires suas totum per imperium extendat, ideoque non nisi ab eo, qui universaliter in imperio Jdictionem habet, potest irrogari; Competit igitur hæc potestas præ reliquis Imperatori, seu totius imperii summo Administratori *Recess. Imp. August. de ann. 1559. in pr. coque absente ac vice saltem Imperatoris Regi Romano Recess. Imp. August. d. ann. 1548. tit. die Poen der Friedbrecher tit. die Poen der Überfahrer dieser Ordnung & tit. von Gewalt des Cammergerichts die Acht und Pönderselben betreffend. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. Un̄ ob sich zutrüge. Deinde autoritate Imperatotis omniumq; Statuum Imperii Cameræ Imperiali Spirensi, per modō alleg. text. *Gail. 2. d. P. P. n. 27. Carpz. Prax. crim. p. 3. q. 140. n. 19 & alii.* Vicariis etiā imperii quin hoc Jus sedē
impe-*

imperatoria vacante competit nullus dubito per verba
tit. s. A. B. Gericht auszurichten und zu üben/ quibus o-
mnimodam Jdictionem ac indefinitam potestatem ex-
ercendi judicia illis esse concessam *Magnif. Dn. Carpz.*
de L. R. c. 9. sect. 15. tradit, præterea parem cum Impera-
tore Vicariis, præsertim in iis, quæ nō nisi cum incom-
modo Imperii moram patiuntur, tempore interregni
esse potestatem testatur *Besold. Thesaur. pract. lit. V.* pu-
to tamen ita, ut non minus ac ipse Imperator, consen-
sum Electorum adhibere sint obstricti. Cœterū & Prin-
cipes & alii status Imperiisubditos suos in bannum im-
peri declarare queunt, quorum tamen sententias, ut ef-
fectum sortiantur, executioni mandari jubet Imperator
per totum Imperium. *Dn. Carpz. in L. Reg. c. 9. sect. 10. n.*
21. 22. & seqq.

XLI. Judicio verò Rothvvilensi, ac judicio quod
Westphaliæ est, quo minus cum Magnif. Dn. Carpzov.
prax. crim. p. 3. q. 140. n. 19. hanc potestatem conceda-
mus, ipse Dn. Carpz. cit. in loc. caussam nobis suppeli-
tat, dum fatetur, quod eorum Jdicio certis limitibus
sit inclusa, itaq; cum Dn. Theod. Colleg. *crim. D. II. th. 4.*
lit. A. q. 4. Banna, quæ ab his judiciis promanant specia-
libus potius sive particularibus, quam generalibus sive
universalibus erunt annumeranda, quam sententiam
nostram ulterius firmat formula Banni Rothvvilensis
quæ *Thesaur. pract. Besold. sub vocab. Bann* est insita,
ac differentiam inter Imperii & horum duorum judi-
ciorum banna persequitur Sichard. *ad l. 1. n. 16. & 17. C.*
d. H. Instit.

XLII. Fiunt hujus pœnae rei, eiique rectè subjici
possunt omnes, quotquot sunt Imperii Rom. subditi,
cujus-

Cujuscunque etiam sint dignitatis ordinis conditionis
aut sexus d. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. So iemande, non ob-
stante ullo privilegio Recess. Imp. d. ann. 1495. & 1521.
Wormat. tit. Außhebung aller Freyheiten; dummodo nō
sint personæ ecclesiasticæ. d. Ord. Cam. cit. l. verb. weltli-
ches Standes; in has enim ita hāc in re exercetur Jdictio,
ut illis poena cōmittatur, qui imēdiatē ordinariā Jdictio-
nē in eas habent. Recess. Imp. d. an. 1548. August. tit. Ob die
Geistlichen Personen. &c. quatenus vero regalia & bene-
ficia secularia in imperio possident, sicuti eatus pro
secularibus personis habentur. vid. Dn. Carpz. d. L. R.
c. 3. f. II. n. 18. & seqq. ita eo resp. etiam recte banniun-
tur, alio tamen quam merè seculares banniendi modo,
ata videlicet ut bonis saltem secularibus priventur. Gail.
z. de Pac. P. c. I. n. 13.

XLIII. At quoniam omnes clerici, præsertim qui
minoris sunt ordinis ejusmodi regalibus ac beneficiis
imperialibus gaudere non solent, hinc, ne delicta corū
vel planè impunita mancant, aut leviter saltem vindi-
cētur, exauctandi sive degradandi solēnitas est intro-
ducta, quâ clericus de criminē condemnatus, ordinibus
exuitur, curiæq; postea seculari, tanquā abjectum & pro
fanatū membrū, pro executione faciendā traditur Gail.
d. l. n. 20. & seqq. Non verò solū singulæ personæ in
particulari, sed in genere quoque tota universitas, ut ci-
vitas, collegium &c. in bannum injici potest. Nell. tr. de
Bannit. p. 1. temp. 1. q. 5. Gail. 2. de P. P. c. 9. & quamvis
delinquens banno jam semel sit implicat⁹, tamē de no-
vo banniri potest Dn. Theod. Colleg. Crim. D. II. tb. 4. Nell.
d. tr. p. 1. temp. 1. q. 3. quod reiteratum bannum Germ.
die Acht dicitur; hoc Alberto Marchioni Branden-

D

bur.

Burgensi tempore Caroli V. contigit, sed utrumque
contemnens joco aliquando dixisse fertur; Acht und A-
ber Acht machen sechzehne. *Limn. ad Cap. Cæf. Car. V. verb.*
Oberacht. Cæterum peregrini non magis banniri,
quam Judæi, Sarraceni, Inbaptizati & alii, qui non
sunt membra ecclesiæ, excommunicari possunt. Judæi
verò, cum Jure Rom. vivunt & pro subditis Rom. Imp.
habentur *l. 8. C. de Jud. c. gandumus x. de divort.* à ban-
no Imperii liberi non sunt. *Myl. de Pr. & Stat. Imp. c. 60.*

XLIV. Ipsò facto banno imperiali dignos se red-
dunt illi, qui pacem publicam violant aut saltem viola-
re præsumunt *Constit. de P. Pub. tit. die Pœn aller Fried-*
brecher O. Cam. p. 2. tit. 9. §. So iemäds. quomodo verò ista
violatio fiat in ipsa constitutione §. 1. verb. Also daß von
Zeit dieser Verkündigung &c. it. *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §.*
So jemand. & Instrum. Pac. art. 17. §. Derjenige. latè re-
censetur add. Gail. 2. de P. P. c. 1. n. 41. 44. 45. 46. & 47.
Dn. Carpz. in L. Reg. c. 9. sect. 9.

XLV. Deinde ob contumaciam quoque, quā Cæ-
sarea suprema, omniumque statuum imperii læditur
majestas, ac totius Imperii publica salus impeditur;
Bannum imperii infligitur. *vid. Ord. Cam. p. 3. tit. 43.*
& p. 2. tit. 8. Gail. 2. de pac. pub. c. 5. n. 12. & seqq. achinc.
cives atque communates castrorum, civitatum & lo-
corum S. Imperii, Principibus, Electoribus corundem-
ve nunciis ad electionem Regis Rom. in Imperatorem
promovendi proficiscentibus, salvum conductum re-
cusantes, hoc banno irretiuntur *A. B. c. 1. §. Sezen dar-*
auff vers. alle Bürger und Gemeinschafften &c. parili mo-
do & illi eandem merentur pœnam, qui modò enume-
ratis personis insidias struunt, aut damnum dare quovis
mo-

modo intendunt, i. t. quia ad victum necessaria solitō pre-
tiō iis suppeditare recusant, aut quamcunq; aliam frau-
dem hac in re adhibent d. A. B. §. Wir erkennen & §.
Welcher Fürst &c.

XLVI. Quamvis autem ob has, quas diximus caus-
fas, ipso facto banno imperii delinquens dignus fiat,
non tamē, licet etiam notoriissimæ sint, pro tali haben-
dus, nisi prius per sententiam talis legitimè fuerit pro-
nunciatus aut declaratus. *Recess. Imp. d. ann. 1548. §. und*
ob iemands verb. so bald die durch uns &c. August. it. Re-
cess. Imp. de anno 1521. Wormalt. tit. Die Poen aller Fried-
brecher §. Und ob iemands verb. So bald auch &c. Gail.
lib. 1. de P. P. c. 19. n. 3. & lib. 2. e. 3. per tot. Magnif. Dn.
D. Strauch Ex. s. th. 18. ut vero ista declaratio majorem
habeat vim atque autoritatem, itaque certæ circa eam
adhibentur solennitates: de quib. vid. ips. *Recess. Imp.*
Ratispon. d. ann. 1576. §. Damit dann solche Keyserliche
Erklärungen u. & Gail. 2. d. pac. pub. c. 6. n. 10. & seqq.
Sed hāc longè terribilior illa est declaratio banni, quæ
olim usitata an den Kampff-Gericht des Landgerichts zu
Franken/ uti ex ordinatione ejusd. Judicij §. 13. videre
est apud Goldast. tom. 1. *Der Reichssakungen*, p. 238.

XLVII. Sententiam declaratoriam uti alias ita &
hic regulariter præcedere debet legitimus processus; de
quo Herm. Vultej. ad l. 1. n. 48. C. ubi Senat. vel Clariß. Ena
gelbrecht de J. dict. conc. 127. & alii; ac in Recessibus qui-
dem imperii ante omnia citatio requiritur. *Recess. Imp.*
d. ann. 1521. Wormalt. tit. Wie auff die Acht procediret
werden soll. §. Darneben. *Recess. Imp. d. ann. 1548. tit. die*
Poen der Friedbrecher. §. Und ob iemands. it. Ord. Cam.
p. 2. §. So iemands höhen &c. Atque ejusmodi pro-

D 2 ces.

cessum ordinariuni in caussa banni servandum, consistum ac consensum Electorū specialiter adhibendū esse, in Kapitulatione Cæs. continetur vid. Kapit. Ferd. III. gloriosissima mem. art. 30. von Acht und Oberacht add. Carpz. de L. Reg. c. 9. sect. 9. n. 22. ita ut licet aliquando Imperator, præsertim cum periculum sit in mora, reum absque iudiciariatela in bannum declarare possit Gail. 2. de P. P. c. 3. n. 16. & n. 24. tamen consensum Electorum adhibere nihilominus sit obstrictus ex d. Kap. cit. loc.

XLVIII. Latam sententiam insequitur executio, quæ, cum semper regulari debeat secundum sententiam, ideoque non potest non executio sententiæ banni delicti esse diversa ab executione sententiæ banni contumaciarum, quoniam & ipsæ inter se differunt, hæc enim est interlocutoria; illa vero definitiva. Gail. 2. de p. p. c. 6. per tot. fallitur proinde Dn. Theod. Colleg. crim. D. II. th. 4. lit. A. q. 4. dum cum Noë Meurerū & Othonē Meland. putat, nullam quoad executionem inter hæc duo banna subesse differentiam: in quonam verò illud discriminis consistat ipsa ostendit Ord. Cam. p. 3. tit. 43. §. 3. & tit. 48. §. Und so also. it. tit. 49. §. 1. vid. jam cit. Gail. d. l. n. 8.

XLIX. Committitur executio regulariter illis, sub quorum Iudictione bona, in quibus executio fieri debet, sita sunt, qui, nisi ob justas caussas, quarum duæ in Ord. Cam. p. 3. tit. 49. §. Ferner. recensentur, exequi recusent, ad exequendum compelli possunt; allegatis verò justis excusandi caussis, aut, si contra Electorē, Principem, aliumve statū imperii; vel contra bannitū, Imperio quidē subjectum, sed extra imperiū domiciliū habentem, executio sit facienda; proximis Præfectis vel Præsidibus Circuitorum ea demandatur O. Cam. cit. l. §. Nemlich. Magnif. D. Strauch d. Exerc. ac sit executio tunc indistincte in omnibus

minia bona, quæ ab actore sunt specificata, non servato
ordine executionis communi Gail. 2. de P. P. c. 17. per tot.

L. Effectus Banni Imperii, sive ob delictum sive
ob contumaciam irrogati, est; quod bannitus omnia
jura civilia universo imperio communia eorumque be-
neficia amittat Bart. in l. 5. §. 1. ff. d. cap. dim. & in l. 8. §. 1. ff.
qui testam. fac. poss. Bald. in antb. habita in 3. notab. n. 12. C. ne
filius pro patre. hactenus sc. quatenus in ipsius cedunt cō-
modum, una cum omnibus bonis, quæ ante damnatio-
nem acquisivit & possedit arg. l. 8. §. 1. qui testam. fac. poss.
l. 22. §. 5. ff. mand. & Ord. Cam. d. l. Dn. Frantz k. J. C. &
Cancellar. Gothanus Magnific. 3. resol. 1. sect. 6. n. 567. &
seqq. Dn. Theod. Colleg. Crim. Disp. XI. thes. 4. q. 2. arg. 2.
& quidem non minus feudalia quam allodialia,
quorum hæc, deductis bonis uxoris aliisque debitis
Gail. 2. de P. P. c. 16. n. 2. & 12. Nell. part. 1. temp. 2. q. 43.
fisco; illa vero; sive nova sive antiqua sint, domino feu-
di cedunt, ita tamen ut quamdiu vasallus bannitus vivit
alium, ne quidem banniti filios cæteros vè agnatos de-
his investire ei non liceat. sup. alleg. Recess. Imp. d. anno
1594. Wormat. & d. ann. 1548. August. sub tit. die Poen der
Friedbrecher Ord. Cam. p. 3. tit. 9. §. Soiemands. Gail. 2.
de P. P. c. 13. n. 1. nec incommode huc applicari possunt,
quæ habentur in Exc. Dn. Präsidis, Fratris mei germani
Patris ad instar venerandi Exerc. feud. pen. thes. 10. exeg.
circ. fin. ubi quid mortuo Vasallo obtineat itidem perspicue
explicatur th. 14. & 15.

LI. Hisce proinde consequens est, quod Bannitus
imperii nullam habeat testamenti factionem arg. l. 1. §.
2. de leg. 3. l. 2. §. 3. de H. P. Sichard. adrubr. C. qui testam.
fac. poss. n. 13. & l. 1. n. 12. C. de H. j. Dauth. de testam. sub

D 3

rubr.

rubr. quae testam. fac. poss. quod nullas actiones aut exce-
ptiones instar actionum se habentes, non magis alieno
quam proprio nomine, ne quidem contra proscriptio-
ne æque notatum, in judicio intentare, vel ante damna-
tionem coepias continuare possit Nell. d. tr. p. i. temp. 2.
n. 161. q. 72. & seqq. Theod. Colleg. crim. d. l. Gail. 2. de P.
P. c. 12. n. 3. & seqq. Gylmann. Symph. supplic. tom. 3. sub
vocab. Banniti. Unde porro fluit, quod bannitus citatus
super L. diffamari comparere Gail. cit. l. c. 12. n. 28. Con-
tard. ad L. diffamari c. 4. n. 88. alios in judicio reconve-
nire Gail. loc. eod. n. 30. nisi reconventio ex eadem lite,
cujus causa conventus sit Zaf. l. libertas ff. de in jas voc.
quod & prejudicio firmat Gylmann. cit. in loc. novum o-
pus denunciare Gail. sup. nomin. loc. n. 29. ex constitutio-
nibus Imperii de arrestis, pignerationibus, de repræssa-
liis & pace publica agere nequeat; Gædd. vol. 2. consil. 28.
n. 111. & seqq. quod liberos in potestate patria non reti-
neat Nov. 12. c. 2. & arg. pr. f. de patr. pat. it. quod, (quia
etiam pro infami habetur Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §. 1) und
woer deshalb. A. B. tit. 14. ibi infamis existat; per uni-
versum imperium sit testis inhabilis arg. l. 3. §. 5. de te-
stib. Mascard. de probat. conclus. 162. in fin. & deniq; quod
regalium, honorum, privilegiorum austregarum, atque
in summâ omnium beneficiorum, quæ à Rom. Imperio
habet, incapax fiat, eaque perdat. Gail. 2. de P. P. c. 1. n.
22. & seqq.

LII. Cæterum perdit Bannitus omnia quoque hu-
manitatis officia ita, ut à nemine, præter patrem, filium,
conjugem aliasque personas sanguine junctas, nisi qui
ipse banniri velit recipi. Gail. 2. de P. P. c. 10. ab omnibus
verò tam in persona quam re, pro lubitu offendit Ord.
Cam.

*Cam. p. 3. §. So iemand s. vers. So bald auch. & à quovis,
quantumvis nesciente eum, quem occidit, bannitū esse,
Nell. d. tr. p. 2. temp. 2. q. 25. Dn. Theod. Colleg. crim. D. XI. th.
4. lit. A. Q. 2. not. 4. modo reipub. consulendi, non pri-
vatas injurias vindicādi animo fiat, & dummodo privi-
legium legatorum Nov. 123. c. 26. vel salvus conduct⁹ aut
aliud quid nō obstat Dn. Theod. Colleg. crim. cit. L. Gail. 2. de
P. P. c. II. n. 9. impunē salvaq; consciētia occidi possit Ant.
Matth. ad L. Corn. de Sic. c. 2. n. 6. Dn. Theod. Colleg. crim. D.
XI. th. 4. lit. A. q. 4. Nec tutus est bannitus ab ejusmo-
di offensione, quamvis caussam banni nondum manife-
stam ac ideo bannum nullum esse prætendat. Magnif.
Dn. Tabor. Armament. Justin. c. 3. th. 7. ac sic & hoccasū
occidens, modo illi non aliás de nullitate banni confi-
terit, à pœna liberatur. Ant. Matth. cit. l. n. 15.*

LIII. Durat irrogatum bannum, atq; effectus suos
parit tamdiu, donec per sententiam absolvitoriam, de
qua ejusque solennibus Gail. 2. de P. P. c. 18. n. 23. & seqq.
ad banniti supplex petitum. Idem. Gail. d. I. n. 21. rite ite-
rum relaxatur, & bannitus in eum statum, quem ante
irrogatum bannum habebat ex voluntate & consentiu-
partis offensæ Ord. Cam. p. 2. tit. 18. §. Item verb. Denn
mit willen. &c. & Reces. Imper. d. ann. 1495. Wormat. tit.
Welche umb Friedbruchs willen in die Acht kommen/ &c.
(ad quem, si bannum irrogatum fuerit ob cōtumaciam
aut delictum non adeò atrox, pars offensa quandoque
potest cogi Gail. alleg. loc. n. 17. & seqq.) ab eo, à quo ban-
nitus est, restituatur. Ord. Cam. part. 2. tit. 18. §. So auch
inf. Gail. mod. alleg. loco.

LIV. Fit restitutio alia per modum Justitiæ, alia
per modum gratiæ, illâ, si in genere & cum clausula hâc
gene-

generali (vir sezen eich in borigen Stand) facta est: restitutus honores atque bona tam allodialia quam feudalia, cæteraque omnia, quæ per bannum amiserat, recuperat: quantumvis à fisco jam sint alienata *arg. l. fin. §. fin.*
C. de sent. pass. l. 13. §. 1. ff. commun. præd. l. 38. §. 4. ff. de u-
fur. hâc verò regulariter tempore absolutionis existentia tantum; nisi de voluntate absolvientis sive restituenteris expressa constet, quod etiam hæc restitutio ad alienata sit trahenda, maximè cum facta fuerit cum clausulis prægnantibus & plenis, & in specie cum clausula annulatoria condemnationis. *sup. laudat. Dn. Frantz k. cit. in loc. n. 596. & seqq.* Fructus vero, quos offensus durante banno percepit, & si restitutus vindicare non potest. *O. Cam. p. 3. tit. 46. §. Wo auch Diss. Nell. d. tr. p. 1. temp. 3. q. 7.* extantes tamen, præsertim quoad bannitum ob contumaciam, Judicis officio repeti posse putat *Gail. 2. de P. P. c. ult. n. 30. iuf. Conf. Exc. Dn. Præsid. Exerc. ad Pand. VI. th. 20.* Et sic hactenus etiam de Banno imperiali.

L V. Sequitur nunc Bannum speciale s. particolare; *Quod* juxta Dn. Carpzov. *prax. crim. p. 3. q. 140. n. 30.* est: quod ab inferioribus Principibus, Comitibus, aliisque Statibus Imperii ob crimen commissum, vel etiam ob contumaciam irrogatur. Nobis h. modo describere lubet: Bannum speciale est poena, qua Status Imperii, subditos suos, ob delictum vel etiam ob contumaciam territorio suo una cum juribus ac beneficiis ratione istius specialiter competentibus privant.

L VI. Potest igitur hanc poenam ob delictū vel ob contumaciā irrogare quilibet statuū imperii, in suo quisque territorio, resp. cujus tanta quodammodo cuilibet, quanta Imperatori toto in imperio competit potestas.

L VII. Ef-

LVII. Effectus hujus banni terminos territorii & jurisdictionis bannientis, hujusque confederatorum Dn. Theod. Colleg. crim. Disp. XI. th. 4. lit. A. q. 3. arg. 3. non egreditur Sachs. X. lib. 3. art. 24. ac hinc, qui hoc banno est implicatus, praeter jura & privilegia isti, è qua proscriptus est, provinciæ specialiter competentia, regulariter non amittit, sed ea, quæ juris communis sive generalis sunt, salva ipsi remanet Dn. Theod. Colleg. crim. D. XI. th. 4. lit. A. q. 2. arg. 2. & seq. Nell. p. 1. temp. 2. n. 33. & 116. Possunt autem status imperii bannientes, effectum banni pro commissi gravitate aggravare & statuere, ut à se banniti jus quoque generale toti imperio communice, e-jusque beneficia atque auxilia in territoriis suis amittant Joh. Herm. Stamm. d. tr. lib. 1. c. 3. n. 5. ita ut pro hostibus patriæ reputentur ac proinde à quovis occidi possint. Carpz. prax. crim. p. 3. q. 140. n. 33. Dn. Theod. Colleg. crim. D. XI. thef. 4. lit. A. q. 4. add. Gail. 2. d. Pac. pub. c. 5. num. 16.

LIIX. Horum duorum modò recensitorum bannorum politicorum ad exemplum, quibusdam in locis moribus & consuetudine P. H. D. art. 155. & præcipue in foro Saxonico, aliud etiam introductum atque receptum est; & in jure Saxon. nonnunquam des Reichss Achts vocari solet Gloss. art. 34. lib. 3. sed impropriè & vocabulo Reich pro territorio istius provinciæ, ex qua bannitus, est sumito Wehner. pract. jur. observ. voc. Achts. Car. prov. pr. Crim. p. 3. q. 140. n. 34. & 35.

LIX. Dividitur Bannum hoc itidem in primum & secundum sive in superius & inferius; germ. In die Achts und Ober Achts. Bannum primum sive inferius est poena, Chil. König in process. suo subzit. von der Achts und Bestun-

E

ge in

ge in pr. quæ ab eo, qui habet merum imperium, judicio
criminali solenniter formato (nach gehegten peinlichen
Gerichte) LandR. lib. 1. art. 59. add. Carpz. prax. crim. p. 3.
q. 136. per tot. contra fugitivum, criminis capitalis Car-
pzov. d. l. n. 46. & seqq. Coler. decis. 108. nu. 10. Joh. Mar.
Novar. d. tr. d. grav. Vasall. tom. 3. c. 9. nu. 19. accusatum
Carpz. d. l. num. 57. legitimè [tribus vicibus], citatum
vid. Magnif. Dn. Christoph. Philipp. Richter / Patro-
nus meus Optimus Maximus in tract. suo de Succession. ab
intestato sect. 5. Dec. q. 2. n. 47. & seqq. licet trinam hanc
citationem in desuetudinem abiisse tradat Carpz. d. l. n. 63.
non comparentem, decernitur.

LX. Quâ decretâ reus statim pro confessô ac con-
victo habetur, ita, ut in territorio bannientis, (*ultra quod
pæna hacce se non extendit* LandR. lib. 3. art. 24.) à quoli-
bet tanquam de criminе, quō accusatus est, convictus,
capi & executioni judicis bannientis tradi queat Carpz.
eit. l. n. 95. ac sic in guerram positi (*aus dem Frieden in den
Unfrieden gesetzet*) tanquam communis hostis, ab omni-
bus bannienti subjectis, communio vitari debeat; pro-
ut colligere est ex ipsius banni sententia in Scabinatu
Electoral. Saxon. usitatæ formula: Dass Ankläger An-
geklagten wegen seines beharrlichen Ungehorsames nun-
mehr bis auff die Acht u. erstanden und erlanget hat/ dero-
wegen er darein billich erkläret/ aus dem Frieden in den Un-
frieden gesetzet/ und männlichen so euer Idiction und Bot-
mehigkeit unterworffen mit ihm Gemeinschaft zu haben
verboten/ auch sein Leib in euren anbefohlnen Gerichten ie-
derman erlaubt wird V. N. W. His autem ultimis senten-
tiæ verbis: auch sein Leib u. non ut supra in banni impe-
rialis sententia, cuilibet bangitum occidendi, sed dun-
taxat

taxat capiendi, incarcēandi &c. potestas datur, *Carpz.*
cod. l. n. 98. ut quæ alias irrequisito Iudice & absq; præ-
stata cautione nulli competit. *Ord. Crim. art. 12. 13. & 14.*
Cæterum famam & bona hoc banno notatus non per-
dit. *Carpz. sep. cit. l. n. 116. & 120.* ac licet pro convicto
ac confessio habeatur ad mortem tamen inferendam
hæc fictio juris nequaquam est sufficiens *Ord. Crim. art.*
22. tormentis autem ex illa reus subjici potest. *Carpzov.*
ibid. n. 105.

LXI. Durat hoc bannum primum, usque dum banni-
tus innocentiam suam probet coram Judice banni-
tore, ad quem utili tutus pateat aditus, per nuncium li-
teras salvi conduct⁹ petere atq; se ad jurandū offerre de-
bet, quod velit à banno se liberare ac innocentiam su-
am probare, quō præstitō , banno exemptus censetur &
processus ordinarius, datis initio fidejussoribus in certā
summam pecuniae de stando liti usque ad sententiam
definitivam, instituitur. *Carpz. alleg. l.*

LXII. Bannum secundum sive superius: Italis for
judicatio ; Stamm ; *alleg. tr. c. 5. n. 1.* Germanis die Über-
sive Ober-Acht it. Mordacht est poena , quæ contra pri-
mo banno rite notatum add. *Novar. d. tract. grav. 9. n. 17.*
in eoque per annum & diem contumaciter perseve-
rantem. *Dn. Carpz. notat. in loc. n. 18.* denuoque legitimè
ab eodem , à quo primum fuerat decretum , Judice,
vel alio, ejus in locum subrogato *Novar. nomin. loc. nu.*
18. citatum, non comparentem , ad instantiam accusa-
toris, judicio itidem solenniter formato, declaratur.
vid. Dn. Carpz. in prax. sua crim. sep. alleg. in l. num. 82.
& seqq.

LXIII. Cæterum & hujus banni superioris effectus
est,

est, quod exbannitus pro confessio ac convicto habeatur, & non quidem in territorio Judicis bannientis inferioris solum, sed per totam provinciam domini superioris *Gloss. art. 34. lib. 3. Land R. n. 4.* ac sic à quolibet in ista provincia capi & Iudici offerri possit; Amittit etiam talis bannitus famam & bona sua *Land R. libr. 1. art. 38. in pr. Carpz. d. l. n. 120.* & hæc quidem, si allodialia sunt, fisco applicantur, deductâ sc. legitimâ liberorum & portione uxori debita. *Dn. Carpz. cit. l. n. 125. & 126.* Hancque sententiam, ad Serenissimorum atque Cessissimorum Principum ac Dominorum, Dnnn. Ducum Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium &c. utriusq; lineæ Principū ac Dominorū nostrorum clementissimorū mandatum clementissimum, in pronunciando ante paucos annos Scabinat⁹ Jenensis Domini Adseffores, Patroni, Præceptores ac Promotores mei observantissimè venerandi, antea contrariā amplexi, observare in his terris cœperunt: teste itidem Magnif. Dn. Richter in tract. suo laudato alleg. l. n. 52. & seqq. Occidi verò neque hunc bannitum posse de Jure Sax. probat. Dn. Carpz. eod in loc. nu. 135. & seqq. ubi vid. Aliis autem locis aliud obtinere testis est Novarius in suo tr. cit. l. n. 6. Ac in variis Italiae provinciis bannitum alterius banniti caput magistratui offerentem à banno liberari, se in variis Italiae provinciis observasse testatur Myl. er. suo de Princip. & Statib. Imp. c. 53. Potest tamen & hic secundò annotatus vel bannitus se purgare, & ex banno eximere, ita quidem, ut nisi ex gratia Principis restituatur, bona semel confiscata non recuperet. *Dn. Carpz. sepius alleg. loc. n. 130. & Magnif. Dn. Richter in cit. tr. cit. loco in fin.* Atque hæc pro ratione instituti nostri sufficient; plura qui desiderat consulat autores allegatos. Nos pro his DEO maximas agentes gratias eundem veneramur ut porro studiis nostris clementer adsit eaq; dirigat.

•
• (o) •

t t

niedrige Pfeile!

150

Jus crimin. 149 -
t

